

CONRADI GES-
NERI MEDICI DE RARIS ET
ADMIRANDIS HERBIS, QVAE SIVE QVOD NOCTV
lucent, siue alias ob causas, LVNARIAE nominan-
tur, Commentariolus: & obiter de alijs
etiam rebus quæ in tene-
bris lucent.

Inseruntur & Icones quædam her-
barum nouæ.

EIVSDEM DESCRIPTIO MONTIS FRACTI,
sive Montis Pilati, iuxta Lucernam in Heluetia.

HIS ACCEDUNT

10. DV CHOVL G. F. Lugdunensis, Pilati Montis
in Gallia Descriptio.

10. Rhellicani STOCKHORNIAS, qua STOCK-
hornus mons altissimus in Bernensem Heluetio-
rum agro, versibus Heroicis describitur.

T I G V R I

Apud ANDREAM Gesnerum F. & LA-
COBVM Gesnerum, fratres.

C. L. V. D. Rod. Gualtiero amico candidiss.
Cen. Gesnerius D.D.

DESCRIPTIO MON⁴⁵

TIS FRACTI IVXIA LVCERNAM, ET PRIMUM Chorographica, presertim quod ad paludem Pilati in eo memorabilem.

MAGNI inter Heluetios nominis ciuitas Lucerna est, monasterio præcipue celebris, cuius conditor fuit VVighardus quidam presbyter, Ruperti ducis Alemanniæ & Sueviæ frater, circa annum à nato Domino nostro octingentesimo sextodecimo. Ciuitas enim post monasterium & pariter etiam ratione monasterij condita fertur. Ciues humani & hospitales, & non pauci locupletes sunt. Multa eorum fortitudinis bellicæ testimonia extant. Amoenitas loco præcipua, & simul utilitas piscationis, uecture, munitionisq; nomine ex lacu & Vrsa fluuio, illic è lacu quem fecerat emergéte, accedit. Pontes bini aperti per fluuium, & totidem per lacum teati, plancis sternuntur. alter per lacum, qui longior est, ad gressus circiter quingentos extenditur. Ab altera parte tutam unitaq; ciuitas est alto colle, quem etiam moenia incingunt. Sed urbis descriptionem alijs relinquo. Initium montis Fracti, quâ nos cōscendimus, ad sesquihoræ iter abest. (Audio & alia breuiore uia consendi, sed ea magis acclivi). Inde per sylvas, ualles, prata, & cliuos ascēditur. Intra horam ferè ad dextram apparent rudera arcis dirutæ, quam ab Anglo quodam nobili inhabitatam ferunt. nam per hanc quoque regionem Anglorum exercitus aliquando grassatus est. Inde peruenit in uallem quam Eijetalam uocant. in qua innumeræ boues pascuntur: & pastorum siue lactariorum hominū, τλεπτοφάγων αβίων τε θηλαιοτάτων αιθρώτων multæ casæ, stabula & scenilia spectantur. Incolunt autem hæc loca estiuis tantum mensibus quatuor: si modò æstas illic nominanda est. In uerticibus enim altissimorum montium perpetuam hyemem esse dixeris. paulò inferius etiam uernum tempus, circa medium

gō uocāt, Homerus in Creta *αὐτάρης*, & mures alpini: quo
rum naturas nos in historia quadrupedum descripsimus:
& gallinæ quēdam montanæ, ut phasiani alpini, & lagopo-
des siue perdices candidæ pedibus uilloſis nidulantur.

A medio montis & Eijetala ualle ascensus deinceps al-
tior difficultorē est ad summam usque casam siue sennam,
ut ipsorum uocabulo utar. Paulò infra quam fons est ad
dexteram in latere cliui, in exiguo terræ cauo abditus, cu-
ius purissima gelidissimaq; aqua à lassitudine, siti & æstu,
mirificè refecti sumus, cum affatim inde hauriremus, & pa-
ne ex eo madente uesceremur, qua uoluptate haud scio an
ulla magis grata, magisq; Epicurea (quāquam maximè so-
bria & frugalis) humanis sensibus contingere possit. Epicu-
rū uoluptatis patronum legimus, pane & aqua aliquan-
do contētum coenitasse, nimirum quod ex frugalissimo il-
lo uictu non in præsentia modo simplicē ac naturalem
uoluptatem, sed postridie etiam sensuum ac cerebri inte-
gritatem capitisq; leuitatem perciperet. Sed cum uolupta-
tis corporeæ qua sensus demulcentur uis, affectionis con-
trariæ intensioni remissioni ue respondeat, ut in bilance
pars altera tanto euadit altius, quanto magis deprimitur
altera, pari utrinq; momēto: & ubi contraria sensibus mo-
lestaq; affectio nulla præcedit, ne uoluptas quidem sequi
ulla potest: frigidæ potum fateri oportet nunquam natu-
ræ iucundiores esse, quām cū siti, æstu & lassitudine ma-
ximè incaluimus. id quod montanis in locis & longo ascē-
su maximè contingit. Itaq; cum simul quiescimus à sumo
labore, simul à maximo calore refrigeramur, simul à siti in
tensa irrigamur, simul à fame solito maiore pascimur, præ-
sertim animo interim quām maximè tranquillo & secu-
ro, & iucundissima amicorum societate, comitate, collo-
quijs exhilarato, quis non summam hac in re uoluptatem
ponat? Quis enim sensuum hīc sua uoluptate nō fruitur?
Nā quod ad tactū, corpus uniuersum estu affectū, frigidio *raclus.*
ris per mótes aëris occursu, qui & superficie corporis un-
diq; aspirat, & plenis hauritur faucibus, unicè recreatur,

iuxta illud Homerij, Ζώης ἐπιπνέων ψυχὸς θορεός αὐτῆς.
 Idem rursus uentos & frigora expertū, Sole, ambulatione
 uel ligne in casis pastorum calefiet. Visus mirabili montiū,
 iugorum, rupium, syluarum, uallium, riuorum, fontiū, pra-
 torum, aspectu insolito delectatur. quod ad colorem ui-
 rent & florent pleraq; omnia. quod ad eorum quę uiden-
 tur figuras, miræ & raræ sunt scopulorum, rupium, anfra-
 ctuū, aliarūq; rerum species, tum figura tum magnitudi-
 ne altitudineq; admirandæ. Si oculorum aciem intende-
 re, uisum dispergere, & longe lateq; prospicere & circum-
 spicere omnia libeat, speculæ scopuliq; non desunt, in qui-
 bus capite iam inter nubes uersari tibi uidearis. Si contra
 colligere uisum malis, prata syluasq; uirentes aspectabis,
 aut ingredieris quoq; uel ut amplius colligas, ualles opa-
 cas, rupes umbrosas, speluncas obscuras inspicias. Est au-
 tem cum omnium rerum uicissitudo & uarietas, tum uel
 maximè sensibiliū iucunda. Tanta uerò uarietas alibi nus-
 quam, quanta in montibus, intra quidem tam breue spa-
 tium reperitur: in quibus ut alia iam nō dicā, quatuor an-
 ni partes, æstatem, autumnum, uer, hyemem, uno die uide-
 re ac ingredi licet. Adde quod ex summis montium iugis,
 uniuersum cœli nostri hemisphæriū liberè conspectui
 tuo patebit, & ortus occasusq; siderum absq; ullo impedi-
 mento facile obseruabis: & Solem longè tardius occiden-
 tem, ex orientem uerò citius animaduertes.

Auditus. Auditū sua-
 ues sociorum sermones, ioci, facetiæq; oblectabunt: & a-
 uicularum in syluis suauissimi cantus, & ipsum deniq; so-
 litudinis silentium. Nihil hīc auribus molestum esse po-
 test, nihil importunum, nulli tumultus aut strepitus urba-
 ni, nullæ hominū rixæ. Hīc in profundo & religioso quo-
 dam silentio ex præaltis montium iugis, ipsam ferè cœle-
 stium, si quæ est, orbium harmoniam exaudire tibi uidebe-
 ris. Odores etiam suaves ex herbis, floribus ac stirpibus
 montanis se offerunt. eadem enim plantæ in montibus, tū
 odoratores, tum ad medicamenta efficaciores, quam in
 plano proueniunt. Aēr hīc longè liberior & salubrior, nec

adeò

aded uaporibus crassis infectus, ut in planicie, nec ut in uribus & alijs hominū habitationibus cōtagiosus aut fœtidus. hic naribus ad cerebrum deriuatus, arteria ad pulmones & cor, non solum non offendit, sed etiam iuuat.

Gustus oblectamentū eximium iam supra celebraui, fri *Gustua.*
gidæ potum: qui quidem defessos ac sitiētes nulla aut mul-
tò minore noxa hīc delectabit, quām in planicie uel domi
fieret. Primum enim ipsa aqua in montibus purior & meli-
or est, præsertim circa medium, ni fallor: ubi neque frigida
nimis aut niualis est, & tamen pura & percolata & libero
adhuc exposita aëri: Cum circa uertices uel nullasit, uel
prægelida niualisq; nec pura satis, nec percolata. in pedi-
bus uero montium, minus frigida est, ideoq; minus iucun-
da: & plerunq; in aëre minus libero, ac insalubrior. Dein-
de frigidissima aqua sæpe minus laedit, quām minus frigi-
da, aucto per antiperistasis in uentriculis bibentium calo-
re, præsertim iuniorum. nam cum frigidior his in locis aër
superficiem subinde refrigerans, poros nimium aperiri, &
calorem internum exhalare ac discuti nō sinat, & frigidi-
tas ex potu intrinsecus accedat, interceptum utrinq; con-
trario frigore calorem natuum intra se magis colligi &
augeri dicendum est. Præterea motus & ambulatio mox
à potu succedens, ut aqua partim per urinam & sudorem
inaniatur, partim calefiat, efficit: neq; possit frigida statim
ad cor rapi, & calorē eius extinguere, quæ mortis aut gra-
uissimi morbi causa foret. Cor etiam frigido aëre inspira-
to subinde, minus calet, itaq; frigidæ potu minus offendit.
Nam quæ magis calent à frigore citius affici & uinci
constat. Sed hoc ita se habere, hoc est frigidam tutius in
montibus bibi, etiā copiose, nō rationibus tantum nostris
credi uolo: sed experientiæ multò magis. Nam & accolæ
montis Fracti hoc affirmant: & ego cum multis amicis nō
hoc solum in monte, sed alijs quoq; multis prius sine no-
xa sæpe sum expertus: cum alioqui phlegmaticus & frigi-
di uentriculi homo, facile aquæ potu offendar. Aiunt etiā
infra illum, cuius mentionem feci fontem, alium esse reme-